

iecto. Sed & hic rursus nouæ flammæ: impo-
tenter bacchantur probi isti censores contrato-
tum librū, in quo ne minimum quidem erat vel
leui reprehensione dignum, imò quod carpe-
re ipsi possent: nisi forte in summarij, quæ vo-
cant, quæ redolere hæresim insuis censuris di-
cunt. Pergo nihilominus, & quod illis tempo-
ribus dederat Dominus in corde, profero quā-
tum per eos licuit, atrocibus tamen eorum mi-
nis nonnihil (fateor) territus. Decem præcepta
iā antea impressa, denuo imprimimus, & quam
vocant, Scripturæ summā: utraque singulis fo-
lijs, maiori charactere satis venusto, quæ parie-
tibus possent affigi. Pro his quas mihi molestias
exhibuerint, quis non nouit? quandiu pro his
abesse me domo oportuit? quandiu aulam Re-
gis secutus sum? à quo tandem diploma ad co-
bibendam eorum intemperiem obtinui: quo iu-
bebar illa Latinè & Gallicè imprimere. Quo-
tius me in synagogam suam euocarunt eorum
causa, clamantes peiorem illic doctrinam conti-
neri, quam Lutherus vñquam protulisset? Eò
tamen per me Dominus rem deduxit, vt proba-
rentur plus quindecim non postremis Collegij